

0

fa

**Q**

co  
u  
fe  
C  
q  
p  
le  
m  
p  
co  
p  
d  
f  
ti  
te



¶ Interrogationes 7 doctrine quibus quilibet sacerdos debeat interrogare suū confitentem.

**H**ec sunt multa vtilia pro confessoribus ad introducendū gentes simplices. Primo qualis debet esse confessio. Quomodo confessor docebit suum confitentem. Qualiter confessor confortabit suum penitentē. Quomodo confessor ordinat confessionem. Que sunt per confessionem cauenda. De inquisitione confessoris ad confitentes. De querendis circa peccatum. De querendis circa peccata mortalia. De querendis circa precepta legis. Que sunt tenenda et que non. Que iuramenta sunt seruanda. Quibus confessor debet prohibere ne ipsi recipiāt corpus xpi. Qualiter confessio est faciēda. Qualis debet esse cōfessio. Primo debet esse dulcis corrigendo. Secundo prudens in instruendo. Tertio pius in puniendo. Quarto affabilis in interrogando. Quinto suavis in consulendo. Sexto discretus penitentiam iniungendo. Septimo sit mutus confitentem audiendo. Octauo benignus in absoluendo.



Unde versus.

Confessor dulcis prudēs pius affabilisq; suavis  
Et discretus mutus sit quoq; benignus.

Hec octo precipuunt iura teneto.

¶ Quō confessor docebit confitentem.

Primo confessor recipiat benigne et gratiose cōfitentem dum venit et faciet eum esse iuxta latus suum et dicat ei q̄ confitē vicario xp̄i. et dicat ei q̄ signat se signo sc̄tē crucis dicendo: In noīe patris et filii et spiritus sancti amen.

¶ Quō confessor confortabit cōfitentem

Primo ostendit q̄ mortuus fuit pro nobis peccatoribus. et q̄ ipse est pius et misericors. sibi quoq; indulgeb̄ si confiteatur. et q̄ sanctus Petrus negavit xp̄m. ac quomodo sanctus Paulus persequebatur eum. Etiam quomodo sanctus David fecit homicidiuz: et narrat ei de peccatis Marie magdalene. etiam de muliere cananea capta in adulterio: et tamen isti oēs sunt sanctificati: qz penituerunt et cōfessi sunt. Item q̄ melius est detegere peccatum suum in hoc mundo vni sacerdoti q̄ coram omnibus in alio mundo et cum hoc perpetue damnari.



2

**¶** Quō confessor ordinat confessionem.  
Primo audiat confessionem generalem Deinde  
specialem. Primo de quinq; sensibus corporis.  
Deinde de septem peccatis mortalibus. Post  
hoc de decem preceptis sacre legis Item de duo  
decim articulis fidei. Item de septem sacramen  
tis ecclesie. Item de septem operibus misericor  
die temporalib; & spiritualibus. Item de cōfessi  
one non debite facta. etiam de penitentiis non  
bene completis. Item de participando cum ex  
cōmunicatis.

**¶** Que sunt cauenda per confessorem.  
Primo caueat confessor ne querat de peccatis  
singulariter sed in generali. Item non querat  
cōfessor cum quo vel cū qua confitens peccauit  
Item caueat ne vituperet confitentem nec eum  
reprehendat vsq; ad finem. Item non respiciat  
confitentē in facie Item nihil interrogat donec  
compleuit: etiam non petat cōfidenti quis fecit  
te peccare: quia nullum debet accusare.

**¶** De inquisitione cōfessoris erga cōfitentē  
Primo petat si sciat Pater n̄r Ave maria Credo  
In deum & xii. articulos fidei et decem precepta



et si nescit precipiat eum quod addiscat. etiam querat si sit excommunicatus: et si compleuerit penitentias suas. Item si habet rancozem contra aliquem ac si vere penitet de suis peccatis: etiam si dimiserit dicere: vel obmiserit aliquod peccatum: ac si velit se abstinere a peccato. Item si velit obedire mandatis ecclesie: et si habet voluntatem satisfaciendi.

**¶ De querendis circa quodlibet peccatum**  
Primo querat confessor quid fecit confitens ut sciat si sit mortale vel veniale. Secundo cui fecit quia grauius est percutere clericum quam laicum Tertio vbi fecit: quia deterius est intra ecclesiam quam extra Quarto quare fecit: quia peius est percutere maliciose quam a casu. Quinto quot vicibus fecit illud peccatum: quia grauius est bis quam semel. Sexto quomodo peccauit: utrum modo consueto vel contra naturam. Septimo et ultimo quando fecit quia peius est in die festo quam in seriali.

**¶ De querendis per confessorem.**

**¶ Circa Decem precepta.**

Circa primum queritur: si credidit in deum et in articulos fidei et sacramenta ecclesie. Si adhibuit fidem sortilegiis: somniis: auguriis et incanta-



tionibus zc. Si diligit fratrem suū xp̄fanum: et  
vellet q̄ saluaretur sicut ipse. Circa sc̄dm querit̄  
si periurauerit se. si iurauerit per deū ⁊ sanctos  
sine causa. si mendacia dixerit. si vota fregerit.  
Circā tertiuū queratur: si festa seruauerit. si qua-  
dragesimā ⁊ vigiliās ieiunauerit. si tempus cū  
ludis ⁊ sociis perdidit. Circā quartum: si paren-  
tibus obediuit: si eis in suis necessitatibus sub-  
uenerit: si p̄latos ⁊ maiores honozauerit. Circā  
quintum: si homicidiū fecerit vel consenserit. si  
subuenit infirmo in articulo mortis. si fecit q̄  
mulieres non conciperent. si fecit q̄ mulier fecit  
abortum. Circā sextum si detinet mercedem ser-  
uorum. si fideliter laborauerit pro aliis. si furtū  
scienter emerit. si perditū notū sibi obtinuerit.  
Circā septimū si violauerit mulierē. si in partu  
vel puerperio eam cognouit. Circā octauum si  
aliquē blasphemauerit. si de ignotis sibi dispo-  
suerit. Circā nonū si vxorez vicinī attraxerit. si  
maritum pro ea vilipenderit. Circā decimum si  
agros domos vel seruos sui vicinī concupiuit.

¶ De querendis circa mortalia peccata.

¶ Circā superbiam si iactet se propter amicos



¶ propter inducias. Si credidit se habere bona  
sua de seipso. Si credidit q̄ sit bonus ⁊ iustus.  
¶ Circa inuidiam. Si gaudet de malo alicuius  
Si gaudet cum quis vituperatur. Si dolet de  
bono ⁊ utilitate aliorum. ¶ De ira. Si percussit  
aliquem. Si fecerit v̄l dixerit alicui iniuriã. Si  
voluisset esse mortuus in ira sua. ¶ De accidia  
Si non vadit ad ecclesiam. Si penitencias sibi  
iniunctas cõpleuit. Si dixerit sepe Pater n̄r et  
Aue maria. Credo in deum. ¶ De auaritia. Si  
cupit aliena. Si fecit vel procurauit simoniam.  
Si prestetit ad vsuram. ¶ De gula. Si cõtentus  
sit de victu. Si comederit multotiens in die. Si  
querit victus nimis delicatos. ¶ De luxuria.  
Si de ea sepe cogitauit. Si mulierem tetigit in  
boneste. Si mulierem pro alijs procurauit.

¶ Que vota sunt tenēda ⁊ que reprobāda  
Votum est promissio alicui de aliquo bono fa-  
cta cum deliberatiōe. Votum de re illicita non  
obligat. Votum in ira factum nunc nihil valet  
Votum nulli factum non tenetur. Votum per  
timorem factum non tenetur. Votum pueroꝝ  
non tenetur nisi post etatem legitimã ratum ⁊



4

gratum habeant. Votū peregrinationis vxoris non tenet sine consensu mariti. Votum vxoris factum de ieiunio non valet nisi sit de licentia mariti. Votum castitatis in matrimonio factū non valet sine cōsensu ambozum. Votum factū impediens coniugale non valet neq; tenet in aliquo. Votum serui non liberi de intrando religionem nō valet sine consensu dñi. Votum peregrinationis vltra mare nō impletur sine licentia pape. Votum ieiunii mulieris impregnate non debet seruari propter periculum. Votum contra bonum publicum irritum est.

**¶** Que iuramēta debent seruari ⁊ que nō. Iuramentū est affirmatio v̄l denegatio de aliq̄ sacre rei attestazione. Ad iuramēta tria requirūtur. Primo veritas in conscia iurantis q̄ firmū sciat quid iurat. Secūdo requiritur iusticia: scz q̄ iuret qd̄ est licitum ⁊ honestū. Tertio requirit iudiciū: scz q̄ non iuret sine magna necessitate. Qui iurat per solem ⁊ lunā ignē ⁊ aquā: p̄ talia peccat. Qui iurat alicui obedire ī licitis ⁊ honestis. Qui iurat aliqd̄ pctm̄ nō debz seruare iuramentū. Qui iurat nō facere elemosynā: vel non



indulgere offensaz: nō valēt iuramēta bec: q iur  
rat de sibi ignotis affirmatiue v' negatiue mul  
tū peccat q iurat de aliquo sine magna cā vel si  
ne necessitate peccat. q iurat ptra bonos mores  
vel contra remp. nō tenet iuramentū: nam pec  
caret grauiter: sed debet p'fiteri eo q sic iurauit.

**¶** Quibus confessor p'obibet  
recipere corpus xp̄i.

Nullus recipiat corpus xp̄i nisi prius fuerit de  
bite cōfessus. Nullus recipiat nisi prius fecerit  
satisfactionē si potest. Nullus recipiat nisi prius  
fecerit p'nam aut opus misericordie. Nullus ex  
cōicatus vel interdictus presumat recipere corp'p  
xp̄i. Nullus insensatus v' fatuus seu indiscret'p  
Nullus existens scienter in pctō. Nullus habēs  
vomitū vel tussim siue malū stomachū. Nullus  
minor etate. xii. annoꝝ. Nullus habēs rancorē  
contra aliquem. Nec aliquis dubitans in fide  
catholica. Nullus recipere debet corp'p xp̄i post q̄  
comederit nisi in articulo mortis. Notandum  
est q si quis corpus xp̄i semel in anno non rece  
pit peccat mortaliter. et hoc nisi sit de consilio  
superioris: vel de licentia sui confessoris.



51

**¶ Qualiter confessio est facienda.**  
Qui se vult confiteri: primo debet cogitare ad peccata que fecit ad fratrem: vt de oibus confiteatur ac nulla dimittantur si potest memorari. Primo debet eligere capellanum bene sapientem cui confiteatur: et hoc de licentia sui curati vel superioris. Secundo debet habere cordis contritionem et displicentiam de peccatis cum proposito amplius non peccandi. Tertio requiritur oris confessio peccata sua integre confitendo seipsum increpando et nullum alium si potest bono modo accusando. Quarto requiritur operis satisfactio: vel voluntas satisfaciendi cum poterit. iniurias per eum factas emendando: ablata inuenta restituendo: et penam sibi iniunctam debite et integre adimplendo.

**¶ De confessione in generali.**  
Primo volens confiteri debet suum confessorum salutare. Deinde se iuxta eum ad latus suum geniculare. et si est vir debet suum capucium remouere mulier vero non: immo debet tenere capucium suum ante oculos suos dum confitetur. Item confitens debet dicere benedicite: et confessor debet respondere Dominus sit vobiscum amen. Deinde confitens debet



facere confessionem generalem dicēdo sic: Dñe  
confiteor deo patri omnipotenti: ⁊ beate marie  
virgini ⁊ omnibus sanctis ⁊ vobis patri de om  
nibus peccatis meis que feci vsq; in hunc diem  
presentem. de quibus omnibus peto a deo ⁊ vo  
bis qui estis hic locum tenens xp̄i misericordiã  
⁊ indulgentiam.

**¶ De confessione in speciali.**

Primo confiteatur de peccatis suis in speciali.  
Primo de quinq; sensibus naturalib; sui corpis  
quos male rexit: ⁊ p quos sepe peccauit. Primo  
de sensu visus per oculos in aspiciendo aliquã  
mulierem cū delectatione: vel cū cōcupiscentia  
indebita: aut cum indignatione et displicentia  
Secdo confiteat̄ de sensu auditus q fit per aures  
vana et inutilia auscultando mala verba et in/  
bonesta de aliis libentissime audiendo. Tertio  
confiteat̄ de sensu odoratus q fit per nasum res  
odoríferas odorando sicut rosas species ⁊ lilia.  
Quarto de sensu gustus: qui fit in lingua. res  
delectabiles auide gustando: comedendo et bi/  
bendo. Quinto de sensu tactus: qui fit in oibus  
partibus corporis: maxime cū manibus mēbris



propria illi cite tangendo: viros seu mulieres am-  
plectendo: vel indebite osculando. Deinde con-  
fiteatur de cogitatione imaginatione que fit in  
cerebro: seu in corde: cogitando seu imaginando  
cogitationes multas malas et pueras. Deinde  
confiteatur de ore per quod peccauit loquendo  
sepe contra deum iurando: et male gratiando  
ipsum. proximos et alios male diffamando. De-  
inde confiteatur de pedibus suis: cum quibus  
fuit ad loca inhonesta et prohibita: sicut, lupana-  
ria: in taberna: et tozamenta.

¶ De septem peccatis mortalibus.

Postea confiteatur de septem peccatis mortalibus  
seu criminalibus et de radicibus eorum. ¶ De supbia  
et radicibus suis. Primo voluit superare maiores  
et despiciere equales et inferiores. et fuit arrogans  
dicens se habere multas diuitias quas non habebat.  
etiam fuit contentiosus: pugnando veritatem  
per magnam clamorem: nec voluit esse obediens  
suo confessori nec mandatis ecclesie. Item fuit  
presumptuosus: credens plus scire vel valere quam  
sciat vel valeat: seu fecit bona publice propter lau-  
dem: vel si fuerit ingratus reddere gratias deo de



beneficiis per eum acceptis ⁊ factauit se habere  
multa bona ⁊ amicos magnos.

#### ¶ De Auaritia.

Primo fuit nimis cupidus ad bona et honores  
huius mundi: ⁊ custodiuit diuitias suas curiose  
ac expendit bona nimis parce. Item si fuerit  
simoniacus vendendo vel emendo spiritualia.  
vel si prestiterit ad usuram pecuniam plaudum: ut  
videlicet recipiat lucrum vel seruitium. Item si fura-  
tus fuerit aliquid. si detinet aliena violenter.

#### ¶ De Luxuria ⁊ pollutione.

Primo delectatur in opere carnali mente vel facto  
⁊ sine ratione. Item si cognouit carnaliter alienam  
mulierem vel consanguineam suam: etiam de pol-  
lutione facta de die vel in nocte: uigilando seu  
dormiendo. Item si cognouit propriam uxorem  
in puerperio: aut in uigiliis seu ieiuniis: vel in  
diebus solennibus: vel quando erat infirma corpore.  
Item si contra naturam masculus cum masculino uel  
mulier cum muliere: vel in loco non ordinato.

#### ¶ De Ira seu ranore.

Primo quia uoluit habere uindictam de iniuriis  
sibi factis vel dictis. Item non uoluit indulgere



7

amore dei nec expectare vindictam dñi. Item si tenuit rancorē cōtra aliquē. Item nō tenuit patientiā in aduersis: nec voluit refrenare animū suū sed voluit adimplere mala q̄ nō potuit sicut furtum vel homicidiū. etiam que dilexisset qñq̄ iudeus fuisse q̄ xpianus: et mortuus q̄ viuus.

#### ¶ De Gulositate.

Primo si comedit vel bibit ultra necessitatem seu comedit vel bibit nimis auare: siue comedit vel bibit ante horam. etiā pauit cibaria care et superflue. nec abstīnuīt se a cibo et potu dare pauperibus et egenis. etiam tenuit mensam nimis longe. ac fregit ieiunium propter ventrem.

#### ¶ De Inuidia seu maliuolentia.

Primo quia habuit gaudiū de damno aliorū et doluit de bono ipsorū. Itē plures blasphemauit iniuste. Itē mouit discordias sepe inter amicos et cōiugatos ac proximos. ac tacuit bona aliorū nec voluit audire et referre laudem bonorum.

#### ¶ De Accidia et pigritia.

Primo fuit piger mane surgere ire ad ecclesiam et missam audire. Itē fuit piger fragmenta colligere et ipsa pauperibus dare. Itē maluit esse occi-



sus q̄ deū laudare seu bonū op<sup>o</sup> facere Item ne  
gligēs fuit bōa terre colligere r̄ ip̄a debite serua  
re. nec fecit diligētīā de inuitādo alios ad bonū  
op<sup>o</sup> faciendū. etiā negligēs fuit se tenerē honeste

¶ De decem preceptis.

¶ De primo nō credit firmīter in deū: nec ama  
uit eū sup oīa: vel nīmīs dilexit vxorē suā filiam  
seu filios. ¶ De sc̄do iurauit deū r̄ sc̄tōs sine ne  
cessitate r̄ q̄ iurauit scienter. ¶ De tertio nō ser  
uauit mandata nec festa: nec abstīnuīt se a pctō  
¶ De q̄rto nō honozauit parētes naturales vel  
sp̄uales: nec sc̄tām matrē ecclīam. ¶ De quinto  
si peccauit occidēdo: vel nō iuuando morīentes  
fame vel frigoze. ¶ De sexto rapuit bona aliena  
vel cōsensit: nec restituit inuenta. ¶ De septimo  
peccauit cognoscendo: vel desiderādo mulierez  
alienaz. ¶ De octauo dixit testimoniū falsum r̄  
mendaciū: et plures diffamauit. ¶ De nono  
cognouit vel concupiuit vxorē proximi seu eam  
subornaui. ¶ De decimo r̄ vltimo concupiuit  
seu rapuit bona sui vicini r̄ ea non custodiuit.

¶ De duodecim articulis fidei.

Primo nō bene credidit in deū patrem: s̄z credi



dit sortilegiis somniis: auguriis et inuocat iob?  
demonum. ¶ De secundo non bene credidit in filium dei  
scilicet dominum nostrum iesum christum. ¶ De tertio quod sit coe-  
ptus de spiritu sancto et natus ex maria uirgine. ¶ De  
quarto quod fuit crucifixus mortuus et sepultus. ¶ De  
quinto quod tertia die resurrexit ex mortuis in car-  
ne et ossibus suis. ¶ De sexto quod ascendit ad celos  
sedet ad dexteram dei patris. ¶ De septimo quod ipse  
iudicabit omnes et reddet unicuique iuxta opera sua  
¶ De octauo non bene credidit in tertiam personam  
trinitatis. scilicet in spiritum sanctum. ¶ De nono non bene  
credidit in sanctam ecclesiam et facta ac ordinata  
per eam. ¶ De decimo non bene credidit in sacra-  
mentum altaris: quod digne sumens saluabitur. ¶ De  
xi. non credidit generalem resurrectionem futuram  
in corpore et anima. ¶ De. xii. non credidit quod paradi-  
sus sit uita eterna et gloria beatorum.

¶ De septem operibus misericordie temporalibus  
Primo non dedit panem esurientibus nec cibum  
et debite custoditum. Secundo non dedit bibere sitien-  
tibus: saltem aquam mundam et recentem. Tertio  
non uisitauit infirmos: nec dignatus est inspi-  
cere eos. Quarto non uestiuit nudos: nec coo-



peruit eis pudibunda membra. Quinto non hospitauit pauperes amore dei: aut pro sua pecunia. Sexto non redemit incarceratos nec voluit intercedere pro ipsis. Septimo non sepeliuit mortuos: nec procurauit ad sepeliendum eos.

**¶ De vii. operibus misericordie spiritualibus**  
Primo non dedit consilium parentibus vel dedit malum consilium et peruersum. De secundo non docuit fidem ignorantibus. De tertio noluit dirigere deuiantes. De quarto non dedit consilium carentibus. Quinto non planxit dolores pauperum. Sexto non orauit pro peregrinantibus: nec etiam pro laborantibus. Septimo non effudit preces nec dedit elemosinas pro fidelibus defunctis.

**¶ De septem sacramentis ecclesie.**  
De baptismo non credidit quod per eum relaxetur pena et culpa remittantur. De confirmatione quam fecit episcopus. De sacris ordinibus institutos. De sacrificio missae seu hostie. De matrimonio quod deus instituit. De sacra penitentia et confessione. De extrema unctione quibus non adhibuit fidem rectam et veram nec recepit: nec honorauiit ut debuisset. Item de confessione non debite facta. Item de



9  
penitentis non debite completis. Item de par-  
ticipando cum excommunicatis.

**¶ De absolutionibus.**

Queritur quis potest absolvere? Respondet qd  
deus: principaliter enim solus deus pctā remittit.  
Secundo dñs papa seu penitentiarius potest  
absolvere penitentē ⁊ confitentem. Tertio ep̄s  
suū dioecesanū ⁊ nonaliū. Quarto curatus suū  
verum parrochianū absolvere potest. Quinto  
quilibet presbyter de licentia curati proprii vel  
superioris. Sexto religiosi priuilegiati sicut men-  
dicantes vel alii. Septimo de casibus papalibus  
solus papa vel sui priuarii. Octavo de casibus  
ep̄alibus Ep̄s absolvere potest suum dioecesanū  
seu sui vicariū siue penitentiariū. Nonno oīs presby-  
ter potest absolvere penitentē in articulo mortis  
ab oībus peccatis quibuscunq;. Decimo laicus  
potest absolvere penitentem in articulo mortis  
cum non possit haberi sacerdos.

**¶ Qui non debet absolui: et**

**cuius absolutio non valet.**

Primo confitens qui dicit se non velle vel non  
posse penitere. Secundo non volens indulgere



nec volens rancorē dīmittere. Tertio volēs red-  
dere inuenta cum sciat qui ea pdiderit. Quarto  
nolens restituere furta vel damna per eū facta.  
Quinto nolens soluere debita sua cū hoc bene  
possit ⁊ habeat vnde. Sexto ad vltus in quo nō  
apparent aliqua signa cōtritiōis. Septio confi-  
tens altri q̄ suo curato sine licentia eius vel  
superioris. Octauo excōicatus a canone vel a  
iudice per sniam latam. Nonno qñ pctm̄ est reser-  
uatū confitens debet mitti ad superiores. Deci-  
mo obstinati in pctō: sicut philardi: meritrix si-  
ue vsurarius tñ si instanter requirunt possunt  
absolui ⁊ pñiam iniungi videlicet q̄ hmōi pctā  
relinquant: ac furta inuenta etiā debita reddāt  
et confessor debet eis dicere qđ talis absolutio  
modicum valet vel quasi nihil.

**C**asus multū vtilis circa absolutionez.  
Dubitatur vtrū mutus vel surdus siue blesus  
possit absolui per signa vel scripta tradendo cō-  
fessori. Dicit qđ sic: Utrū aduena qui cōfitetur  
in suo ideomate si debeat absolui. Respondet  
qđ sic licet cōfessor non intelligat. Si infirmus  
confitet aliquod pctm̄ reseruatū vtrū absolui



debeat. Dicitur q̄ sic: in iungendo ei q̄ si conua  
 lescat deo ꝓcedente faciat se absolui ꝓ superiorē  
 Utrum confitēs sanus de casu reseruato possit  
 absolui de illo per simplicem capellanum. Res  
 spondetur si est remotus a curia Romanā. talis  
 potest absolui et ꝓcipere ei q̄ se faciat absolui  
 per superiorē cum poterit. Utrum excoīcatus  
 sanus excoīcatione maiorē possit absolui  
 per simplicem sacerdotem de peccatis suis. Res  
 spondetur q̄ debet ꝓius absolui ab excoīcā  
 catione ꝓ postea absoluetur a suis peccatis.

Finis.













haber  
e cor  
crea  
& r  
quos  
pone  
place  
me  
ona  
pta  
es d  
acq

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001959024



habendum tenendum omniq; tempore  
corporalem seu quasi; apprehendere pot  
crea ex causis pmissis & at eo melior  
& mixtas. & alias quascunq; que r  
quos volueritis ppetuo vti: agere & e  
ponendo vob & vros in locum & ius r  
elice psona pro vob & p psonis omni  
mei: nec in eisdem questione aliqua  
pona & ppetua donatione & concessio  
pactis: sicut q; vos dea dña mater  
p psonas tam in sanitate q; inf  
as decem libris pie retineo peres r  
acq; firma habebo tenebo & obliu

Reg. 134 995

Ine. 2243





Handwritten text in a cursive script, appearing to be a list or inventory of items, possibly including names of people or places.

Handwritten text, possibly a name or a specific entry from the list.

Handwritten text, possibly a name or a specific entry from the list.

Handwritten text, possibly a name or a specific entry from the list.

Handwritten text, possibly a name or a specific entry from the list.

Handwritten text, possibly a name or a specific entry from the list.

Handwritten text, possibly a name or a specific entry from the list.

